

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.



1713.

1. Baskineller, ~~Georgius~~ Christianus: De successione vidui  
ex lege Halensi
2. Bodinus, Henricus: Litterarum obligatio a doctorum  
erroribus vindicata.
3. Bodinus Henricus: De jure circa violentiam corpori  
alterius inferendam
- 4 a. v. Boehmerus, ~~Johannes~~ Henricus: De priuatis legatorum sacris  
2 Summ. 1729: 1741
- 5 a. v. <sup>6 b. c.</sup> Boehmerus, ~~Johannes~~ Henricus: De sententiis in rem judic.  
Tam non haesumabus. 3 Summ. 1713: 1726.
- 6 a. v. <sup>7</sup> Breithaupt, ~~Johannes~~ Tobias: De concubinato, a Christo  
et apostolis prohibitio. 3 Summ. 1713: 1726
7. Huppmannus, ~~Fridericus~~ Fridericus: Dissertationes inaeq. num. 7. septem  
leges senatus habebant.
8. Lundenius, ~~Johannes~~ Petrus: Oratio solennis de emendanda  
Germaniae jurisprudentia in selectis juris doctorum  
in augs. oratione recitata
9. Lundenius, ~~Johannes~~ Petrus: Henricus an cepo, historicus an cepo  
2 Summ. 1733: 1739



1713

10. Ludovig, Fr. Petrus: Nosterburgum, insignium imperii  
licentia tabularum . . . respondet.
11. Ludovig, Fr. Petrus: Differentia juris Romani et  
Germanici in Abbatiis tabula . . . respondet.



713  
11. Ludwig v. Pöhlmann, Hofmeister, in der  
von Pöhlmann, in der  
12. Ludwig v. Pöhlmann, Hofmeister, in der  
von Pöhlmann, in der





DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS <sup>17</sup>/<sub>9</sub>  
*DE*  
**SENTENTIIS**  
*IN* 1713, 52  
**REM IUDICATAM**  
*NON*  
**TRANSEUNTIBVS** 9

*QVAM*  
DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO WILHELMO**  
PRINCIPE BORUSSIAE MARCHIONE BRANDEN-  
BURGICO, RELIQUA  
**IN REGIA FRIDERICIANA**  
*PRAESIDE*

**DN. IVSTO HENNING. BÖHNERO**  
D. ET PROFESS. IUR. ORDINARIO  
PRO SUMMIS IN VITROQUE IVRE HONORIBVS ET PRIVI-  
LEGIIS DOCTORALIBVS RITE CAPESSENDIS  
AD D. 10. NOV. MDCCXIII.

*IN AUDITORIO MAIORI*  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
ERVDITORVM EXAMINI SVBICIT  
**GEORGIUS WILHELMVS SCHRÖDER,**  
BIELEFELDIA WESTPHALVS.

---

*HALAE MAGDEBURGICAE*  
Typis IOANNIS GRVNERI, Academ. Typogr.  
REGESA 5723



DISSERTATIO IURIDICA IN AUCTORITATE

DE

SENTENTIIS

IN

REM IUDICATAM

NON

TRANSERVNTIBVS

QVAM

DIVINA ASSISTENTE GRATIA

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO

REVERENDISSIMO PATRICE AC DOMINO

FRIDERICO WILHELMO

PRINCIPIS ELECTORIS ARCHIEPISCOPI BRANDE-

BVRCI, REXIA

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAXIDE

FRIDERICO HENNING BÖHMERO

DE ET PROCESSU IURE ORDINARIO

ET IURE HONORARIO ET PRIVILEGIIS

LEGIS DOCTORALIBVS RITE CAPESSENTIS

AD D. 10. NOV. MDCCLXIIII

AV. WILHELMO MARIO

RECTORI ET PATRIBVS

FRIDERICIANA REGIA

FRIDERICO WILHELMO SCHRODER

PHYSICIS

FRIDERICIANA REGIA

FRIDERICIANA REGIA





DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
SENTENTIIS IN REM  
IUDICATAM  
HAVD TRANSEVNTIBVS.

§. I.



Scuti omnino interest rei-  
publ. vt lites ciuium citissime sopi-  
antur, nec immortales fiant, vitæque  
hominum modum excedant, vt dicitur  
in *l. properandum. 13. C. de iudi-*  
*ciis*, ita necesse est, vt sententiæ latæ  
tandem auctoritatem suam perpetuam  
stabilemque obtineant, vt am-

*Cur auctori-  
tas rei iudi-  
cata intro-  
ducta sit.*

plius impugnari nequeant. Hac de causa fatale decennii pruden-  
ter constituerunt legislatores, intra quod auctoritas sen-  
tentiarum adhuc suspenderetur, & ab eo, qui se gravatum  
existimat, remediis suspensiuis impugnari posset, intra quod  
qui iure suo usus non esset, in posterum penitus excludere-  
tur, nec amplius audiretur *l. 1. C. de re iud. l. 14. l. 42. l. 55.*

A

*l. 62.*

*l. 62. ff. de re iud. i. t. sent. rescindi non posse.* Proinde post lapsum decenniū sententia dicitur *in rem iudicatam* transire, quæ finem liti prorsus imponit, adeo ut præcisè eidem standum sit.

*In quo hæc consistat ex sententia iuris canonici.*

§. II. Huc respexit pontifex in *c. 13. X. de re iudic.* asserens, (1) sententiam, postquam in rem iudicatam transit, inter litigantes ipsos ius facere, *etiamsi contra ius litigatoris lato*, h. e. si vel maxime in applicatione iuris ad factum magnopere erratum, adeoque *iniqua* dicenda fuisset *l. pen. ff. de l. & l.* ne alioquin modus litium multiplicatus summam atque inexplicabilem faciat difficultatem, ut ait PAVLVS in *l. 6. ff. de except. rei iudic.* Addit pontifex, (2) sententiam, postquam in rem iudicatam transit, præsumi bene prolatam quoad iustitiam & merita causæ, quæ præsumtio tanti roboris est, ut non admittat probationem in contrarium, adeoque reuera sit *iuris & de iure*. Imo (3) in *c. 15. eod.* etiam hanc vrget rationem, quod *cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei iudicate transeat, qui ad prouocationis subsidium infra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditum denegauerit, & per hoc videatur per interpretationem iuris late sententia paruisse.*

*Auctoritas rei iudicate irrevocabilis.*

§. III. Effectus igitur huius auctoritatis rei iudicæ est, quod sententia in posterum nullo modo *regulariter* retractari queat, ne quidem sub prætextu Rescripti obtentæ, quod cum contra ius impetratum est, sub & obreptitium dicendum est. Bene CICERO in *orat. pro Sylla: Status reipubl. seu publica reipublicæ salus maxime rebus iudicatis continetur:* quo posito in *orat. pro A. Cluentio p. m. 364. impudentia esse putat, rem iudicatam labefactare conari, & lib. in Verrem p. m. 262. lit. e.* inter exitiales exitus perditarum civitatum refert, si res iudiciales rescindantur. Fingunt quidam plenitudinem potestatis in principe, eaque abutuntur ad iudicata rescindenda, sed hæc plenitudo magis *vis quam ius, magis potentia, cui resisti nequit, quam legi* *gima*

*gitima potestas* dicenda est, & ita merito reprobatur. Ceterum hoc facile largior, sicuti intuitu *utilitatis publicæ* auctoritas publica rebus iudicatis conciliata est, ita eadem ratio quoque facit, ut *utilitatis publicæ* gratia iudicata rescindi queant, ceu ex instrumento pacis *art. V. §. 2. 25. 33.* apparet.

§. IV. Hæc vero sicuti regulariter obtinent, ita, cum *Quædam tamen cause plane non transeunt in rem iudicatam.* variæ sint negotiorum humanorum rationes, non adeo mirandum est, dari quasdam in foris externis causas sententiasque, quæ in rem iudicatam haud transeunt, quæ instar exceptionum a regula sunt, interim mirifice ipsam illustrant regulam. Proinde animus est, causas has, vim rei iudicatæ haud habentes, hac dissertatione illustrandi & examinandi, ut, his excussis, eo rectius constare possit de vero sensu regulæ: *sententias, elapso decennio, transire in rem iudicatam, ut nullo amplius modo revolui queant.*

§. V. Sicuti itaque vim iudicatæ rei primario tribuere solent sententiis iudicum definitivis, in causis civilibus, utilitatem privatum concernentibus, latis, ita eandem vim (1) denegare solent sententiis interlocutoriis, mandatis, decretis, aliisque resolutionibus per *l. quod iussit. 14. D. de re iudic. c. cessante. 60. de appell. t. 1. C. commin. epistol. sub script. epigramm. vim rei iudicatæ non habere.* Idque inde colligunt, quod vox *sententiæ* primario & κατ' ἐξοχήν in iure Romano prædicetur de definitivis, quæ totam litem finit, e contrario, quæ decernantur de punctis incidentibus in exordio & medio litis, seu in genere ante definitivam sententiam, *interlocutiones* magis dicantur, quod li- quidum est ex *l. 3. §. 1. de offic. præf. vigil. l. 17. C. ex quib. caus. infam. l. 19. C. eod. l. 2. D. de appell. recip.* quorsum etiam collimat rubrica codicis: *de sententiis & interlocutionibus.* Cum ergo *sententiæ* in rem iudicatam transire dicuntur, hoc non de *interlocutionibus*, sed de *sententiis strictè dictis* h. e. definitivis intelligendum esse videtur.

Huc (1) referunt sententias interlocutorias.

Quod securum ius ciuile examinatur,

§. VI. Sed hæc sententia prouidentia multa indiget, ne a veritatis via aberretur, adeoque primo sententiam *iuris ciuilib* hac de doctrina proferam, subinde *iuris canonici* scita subiungam, & tandem *praxim* quoque addam. Quod ad ius ciuile attinet, constat, vocem *interlocutionis* generalem esse, vt quæcunque decreta, iussus, mandata, aliaque ad exordium, medium & directionem processus pertinentia complectatur, vsque ad sententiam definitiuam. Neque enim processus illo tempore eo modo instructus erat, vt quidem hodie, quo sæpissime, quando punctum quoddam incidens emergit, partes admittuntur ad discussionem eius, qua facta & causa cognita, sententia peculiariter de eo fertur; quin potius sicuti puncta *incidentia* causam principalem non tangebant, ita sine ullo litium sufflamine prætor vel iudex pedaneus *decernebat*, vel *iubebat* aliquid fieri vel non fieri, quod

Quo tantum definitiuam vim iudicati accipiebat.

ipsum vim *rei iudicate* habere haud poterat. Dicebatur enim *res iudicata* iuxta definitionem *MODESTINI* in *l. 1. D. de re iudic. quæ finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit, quæ definitio vnice sententiis definitiuis applicari potest. Et hæc vis iudicati non tantum obtinebat, si iudex pedaneus, more solito, sententiam dicebat, sed etiam si prætor extra ordinem cognosceret, & causa satis cognita, decretum interponeret, quippe quod etiam litem finiebat, vnde in *l. 2. D. de re iudic.* dicitur, quod is, qui pro tribunali cognoscit, non semper *iudicati tempora* seruare soleat, sed eadem arctare, nonnunquam prorogare queat, quo ipso indigitatur, *Decretum* hoc Prætoris vim *rei iudicate* habuisse. Pariter in *l. 7. §. 2. D. de minor.* hic casus occurrit: *quid tamen, si prætor DECRENAT, soluendam pecuniam minori sine curatoribus & soluerit, an possit esse securus, dubitari potest? Puto autem si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, nisi forte aduersus iniuriam (grauamen) appellandum quis ei putet.* Cum ergo appellatio hoc casu*

Et decreta prætorum.

casu admittitur, decretum prætoris vim iudicati obtinebit. Denique clarius ex *l. 63. §. 2. ff. ad Sc. Trebell.* hoc evincitur, ubi ita Ictus: *cum prætor COGNITA CAUSA per errorem, vel etiam ambitiose iuberet hereditatem; ut ex fidei commissis restitui, etiam publice interest, restitui, propter rerum iudicatarum auctoritatem.*

§. VII. Quæ cum ita sint, expeditum exploratum. *Illustratur* que est, in *l. 14. D. de re iudic.* non agi de *issu & prohibi-* *boc ex l. 14. de* tione prætoris seu decreto, quod causam finit, sed potius *re iudic.* de tali, quod, causa non satis cognita, per modum *interlocutionis* latum est, quod contrario imperio tollere & repetere licet, cum in rem iudicatam haud transeat, quo intuitu etiam *sententiæ*, quæ causam finit, in *cit. l. opponitur.* Ratio, quod huiusmodi *interlocutiones* in rem iudicatam non transirent, antea quidem iam adducta est, sed tamen etiam ex legibus Romanis illustranda. Generatim in *l. 5. C. com-* *Aliisque tex-* *minat. epist. program.* dicitur, iudicem partium allegationes *tibus.* audire & examinare debere; adeoque quicquid sine hoc examine decretum, vim rei iudicatæ habere non posse decernit GORDIANVS, cum *magno conflictu* sententia ferenda sit iuxta *l. 7. C. eod.* Hoc intuitu in *l. 7. C. de sentent. & interloc.* notanter dicitur, *non omnis vox iudicis iudicati continet auctoritatem, cum potestatem sententiæ certis finibus* (certa & plena causæ cognitione, auditisque litigantibus) *concludi sepe constitutum sit: quapropter si nihil causa cognita secundum iuris rationem tuam pronunciatum est, vox pacisci suadentis præsidis actionem perimere, si quam habuisti, minime potuit.* Similiter in *l. 9. in f. C. eod.* dicitur: *nullam causam interlocutiones plerumque perimunt.* Inde apparet, *interlocutiones* regulariter latas fuisse, causa non satis cognita, nec altero audito, adeoque vim *sententiæ* habere non potuisse.

§. VIII. Atque hæc ratio erat, quod etiam ab *inter-* *Inde nec ab* *interlocutio-* *nibus appella-* *enim* *batur.* *locutionibus* haud locus daretur *appellationi.* Constat enim

enim ex *l. 16. C. de iudic.* quod post litem contestatam appellari non possit, ante definitivam sententiam, cum tamen ante illam interlocutiones interponantur. In *l. 6. C. Theod. de appellat.* disertis verbis dicitur, ab interlocutionibus appellandum non esse, leges duxisse. Huius rei ratio hæc additur in *l. 3. C. Theod. quar. appell.* quod illis, qui impatientes ab articulo appellandum putaverint, post cognitionem totius causæ liceat appellare, quo ipso supponitur, articulos incidentes vim rei iudicatæ hæud habere, sed eosdem reuolui posse, ubi ab integra causa, per sententiam finita, appellatur. Et quem denique magis hic testem citabo quam ipsum IUSTINIANVM, qui in *l. 36. C. de appellat.* omnem nobis eximit dubitandi rationem, & oportet, ait, post omnem litem finitam tunc appellationem reddi. Neque enim lædiur quis, si interea facta fuerit interlocutio, quæ illi denegatus competens i. e. vel tertiam productionem, vel relectionem instrumenti, potest enim in appellatione omnia denudare seu exercere, ne contra medii temporis interlocutionem data appellatione mora iniiciatur dilationibus, sepe in eadem causa data appellatione & examinata iterum alio capitulo ventilato, & iterum contra etiam ipsum porrecta appellatione. Est quidem hæc lex restituta a CUIACIO, *lib. XII. Obs. 3.* sed tamen ipsius IUSTINIANI, cum ad eam se referat in *l. 16. C. de iudic.* ut argumentum inde deductum robore suo non destituatur. Docet vero hic textus: (I) neminem lædi per interlocutiones, quibus articuli incidentes determinantur, & sic non transire in rem iudicatam: (II) denegari ab iis appellationes, ne alioquin hæ multiplicentur: (III) posse lite finita & appellatione interposita has demum reuolui, quod fieri hæud posset, si interlocutiones in rem iudicatam transissent. conf. *l. 7. C. quar. appell. non recip. l. 2. D. de appell. recip. l. 2. C. de episc. aud.* Ex hoc porro inferunt, ex interlocutionibus nec actionem nec exceptionem rei iudicatæ nasci, HVBER *de re iudic. §. 13.* nec eas stipulationis vim

*Sed in appellatione a tota causa articuli incidentes reformari poterant.*



vim habere *l. 1. C. commin. epist. progr. q. nec proprie sententias esse.*

§. IX. Equidem communiter excipiunt sententias *Excipiunt interlocutorias* interlocutorias, quæ vim definitivæ habent, putantque easdem in rem iudicatam transiisse. Hoc certum est, olim de *vim definitivam habentes* iis facultatem appellandi concessam fuisse, prout patet ex *l. 39. D. de minor.* in qua casus hic occurrit. Minores intra quadriennium petierant restitutionem in integrum. Dubitabatur, utrum tempore negotii gesti adhuc minores fuerint, & ita ætas docenda erat. Dicta est *pro ætate* sententia, quæ quamvis interlocutoria esset, vim tamen definitivæ habebat, cum ex ea dependeret decisio quæstionis principalis, utrum restitutio esset decernenda. Appellarunt adversarii ad imperatorem, & *preses in euentum appellationis cetera cognitionis distulit*, ut dicitur in *cit. l.* unde constat, cognitionem prætoris haud absolutam fuisse, cum adhuc læsio est probanda. Quæstio igitur enascitur, utrum talis interlocutio, vim definitivæ habens, olim in rem iudicatam transferit, ut in appellatione a *sententia definitiva* retractari & reuolui amplius haud potuerint? Id quidem dubium videtur, cum non semper appellationis concessæ indicium sit, decretum sine hac in rem iudicatam transiisse. Poterat etiam de iure civili appellari a grauamine, quod insigne damnum in se contineret *l. 2. C. si pendet. appell. l. 2. D. de appell. recip. l. 18. C. Theod. quar. appell. non recip.* non quod in rem iudicatam transiret post decennium, sed quod metuendum esset insigne & irreparabile damnum, quod auertendum erat. Vnde etiam nullibi dicitur, quod huiusmodi articuli incidentes in appellatione post definitivam sententiam reparari nullo modo potuerint, quin potius ex ante dictis constat, eos reparari potuisse.

§. X. Sed scrupulum hunc exemit GRATIANVS in *l. 37. Quod illustra-* *C. Theod. de appellat.* ubi ita: *cum præscriptionibus perem- tur ex codice* *toris agitur examen, si eas præscriptiones index, ut le- Theodosiano.*  
ues,

§ DE SENTENTIIS IN REM IUDICATAM

nes, putauerit improbandas & ab eius interlocutione fuerit appellatum, prouocatio huiusmodi recipiatur. Olim enim cum exceptiones peremptoriæ intentioni actoris opponerentur, seorsim discutebatur, utrum essent admittendæ nec ne? Quod si iudex eas reiiciebat, locus erat appellationi, quia ut dicitur in *ciu. l. peremptoria præscriptio & definitiua sententia* EADEM VI *vel consumitæ causæ vel non admittendæ videtur operari*. Si ergo talis interlocutio eandem cum definitiua vim habet, eodem modo quoque in rem iudicatam transire debuit, ad quam impediendam potissimum excogitatæ sunt appellationes. In eandem sententiam disponunt *l. 23. & l. 34. C. Theod. quar. appell. non recip.* & speciatim *l. 18. C. Theod. eod.* quæ quatuor refert casus, in quibus ante definitiuam sententiã appellari potuit: (1) si in foro incompetenti his coepta sit: (2) si exceptio peremptoria repulsa: (3) si locus ad agendum postulatus & hic iniquitate iudicis denegatus sit: (4) si dilatio, instrumentorum testiumque causa, postulatur, eaque a iudice denegatur.

*A Iustiniano  
tamen rursus  
correctum est.*

§. XI. Verum hoc rursus paulatim in defuetudinem abiisse videtur, maxime tempore IUSTINIANI. Constat enim ex supra *ciu. l. 36. C. de appell.* exceptiones peremptorias non amplius seorsim ita discussas fuisse, uti olim, imo si vel maxime per interlocutionem grauamen aliquod illatum fuerit, illam tamen vires rei iudicatæ non habuisse, sed potuisse ea omnia rursus in appellatione post sententiã definitiuam reuolui, & de nouo sub examen reuocari. Et hoc eo minus mirandum est, cum iuris Romani prudentia sub cæsaribus variã experta sit fortunã &, quæ antiquitus constituta fuerunt, ob nimiam legum copiam, incertitudinem iurium, ex tot ICTORUM scetis enatam, & barbariem seculi, quæ IUSTINIANI temporibus floruit, in alienum tracta sunt sensum, ut contradictiones iurium in magna copia occurrerent. Atque hæc forsã fuit ratio, quod TRIPONTIANVS plures leges ex Codice Theodosiano huc facientes,

res, vel omiserit, vel correxerit & mutilauerit, vti constat ex  
*l. s. C. quor. appell. non recip.* quæ desumpta est ex *l. 25. C. Theod. eod. tit.* in qua tamen TRIBONIANVS omisit illa verba: *ex his duntaxat causis, ex quibus recipi iussimus prouocationem.* Cum enim hæ exceptiones a praxi eius temporis recessissent, eas omittendas esse censuit TRIBONIANVS, voluitque, nullas in posterum ab interlocutione recipiendas esse appellationes, easque in rem iudicatam transire non posse.

§. XII. Hæc fere fata iuris ciuilibus in hac materia. Sed Ius canonicum admissio appellaciones a quavis interlocutoria. iuris Canonici dispositio hac de doctrina non minori gaudeat ambiguitate, cum pontifices Romani, subsidiis legitimæ scientiæ destituti, in plurimis recesserint a iure ciuili, in nonnullis autem ius Romanum retinuerint, vt doctrina eorum cohærere haud videatur. Appellationis materiam adeo dilatarunt, vt a quouis grauamine, simplici etiam interlocutoria illato, eam indulerint, & tamen iudici facultatem concesserint, eam non obstante appellatione reuocandi, quod iudicium præbet, nec hoc iure interlocutorias simpliciter in rem iudicatam transisse. Sic enim appellationem concedunt, si iudex in citatione terminum nimis breuem & peremptorium statuit *c. 1. X. de dilat.* quale decretum tamen vim sententiæ, quæ in rem iudicatam transire queat, non habet. Quin generaliter in *c. 12. X. de appell.* dicitur: *Sacri canones & ante & post litem contestatam & in prolatione sententiæ, & post sententiæ, singulis facultatem appellandi concedunt, post pauca additur: leges seculares appellationem (nisi in casibus) ante sententiæ non admittunt.* Proinde etiam determinat pontifex in *c. 1. de appellat. in 6.* quomodo in appellatione ab interlocutoria procedendum sit, & in *clém. 5. eod. tit. c. 29. n. 9.* hanc inter ius ciuile & Canonicum disparitatis rationem esse statuit, quod ius ciuile tantum salutis publicæ rationem habuerit, ne respubl. litibus repletur, ius vero pontificium ad salutem animarum respexerit,

ixerit, & peccato iudicis grauantis occurrere voluerit, quæ ratio tamen ficulnea est, fundata in æquitate cerebrina. Quia potius dicendum est, eo consilio laxatam esse facultatem appellandi, vt eo vberior copia appellationum Romam traheretur, quæ mitifice pontificis autoritatem confirmarunt, & ærario pontificis non leues fecerunt accessiones.

*Interim tamen vim rei iudicate band adscripserunt interlocutoriis.*

§ XIII. Indetamen minime inferri potest, interlocutorias in rem iudicatam transisse, vt patet ex c. 60. X. de appell. vbi retractatio interlocutorie etiam post appellationem interpositam, & sic post decendum etiam, iudici permittitur his verbis: *cum cessante causa cesset effectus, statuimus, ut siue iudex ordinarius, siue delegatus aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executionis mandato alter litigantium grauaretur, & sano vsus consilio, ab huiusmodi interlocutionis consilio vel comminationis effectu destiterit, libere in causa cognitione procedat non obstante si a tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum.* Idem etiam dicitur ex c. 10. de appell. in 6. vbi dicitur, quod iudex, a cuius sententia interlocutoria appellatum est, possit citare appellantem ad audiendam reuocationem, & si in termino præfixo grauamen reus cauerit cum effectu, possit ex tunc libere in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset. Denique in c. 12. eod. BONIFACIUS VIII. clarius mentem suam proponit dicitque, interlocutorias, licet vel maxime vim definitiuæ habuerint, in rem iudicatam non transire. Ita enim censet: *Licet ab interlocutoria (per quam parti vel præscriptionis vel alii principali negotio præiudicans quæ vim definitiuæ habet, vel iudicium nullum reddens, exceptio est repulsa) non fuerit appellatum: si tamen a definitiuâ, (quæ post modum etiam post decendum scilicet a tempore late sententiæ interlocutorie, promulgatur) appellari contingat, potest in appellationis causa ipsum grauamen per interlocutoriam eandem illatum licite per appellationis iudicem emendari.* Ex quo necessario fluit, easdem de iure Canonico vim rei

rei iudicæ haud habere, quia alioquin in instantia appellationis iudex superior easdem reformare haud potuisset. De aliis interlocutoriis, *quæ non parant præiudicium negotio principali vel iudicium nullum reddunt*, & ita simplices seu meræ sunt, secus statuit pontifex, non quod in rem iudicatam transierint, cum etiam has iudex inferior reuocare potuerit, sed quod causam principalem non adeo tangant, adeoque nec tale grauamen contineant, quod emendationem, causa iam satis discussa, contineat. Sic itaque appellatio conceditur ab interlocutoria de iure Canonico, nec tamen ea transit in rem iudicatam, si vel maxime vim definitiuæ habeat, ad quam auertendam potissimum appellatio inuenta est, quæ non satis cohærent.

§. XIV. Tria ergo ex hæctenus dictis apparent: (I) a quavis interlocutoria de iure canonico appellari posse: (II) iudici integrum esse quascunque interlocutorias reuocare, nec (III) easdem in rem iudicatam transire. Primum membrum nouiter addidit ius canonicum. Secundum etiam fundatum est in iure ciuili, quod non tantum ex antea dictis liquet, sed etiam ex *L. 55. D. de re iudic.* constat, vbi Ictus generatim asserit: *iudex postquam semel sententiam dixit iudex postea esse definit.* Non de ordinario magistratu, sed de iudice pedaneo loquitur Ictus, qui consensu partium ad illam causam datus erat, *notionis* gratia, adeoque eius officium ulterius durare non poterat, quam notione durante, cui per *sententiam definitiuam* finis imponebatur. Hac lata, officium eius expirabat, & inde *sententiam* corrigere non poterat. Præinde addit Ictus: *Et hoc iure vimur, ut iudex, qui semel pluri vel minori condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit, semel enim male seu bene officio functus est.* Officio ergo eius ita extincto, potestas quoque ei omnis adempta erat, quæ tamen adhuc eidem salua erat post interlocutiones, quas præinde corrigere & retractare poterat, id quod arbitris quoque concessum est

12 DE SENTENTIIS IN REM IUDICATAM

est, *l. 19. §. f. de recept. qui arbit. recep.* Quamvis vero hoc ipsum ex peculiari fori Romani ratione dependeat, nec hodie iudices pedaneos eiusmodi habeamus, ius canonicum tamen ius civile confirmandum censuit in *c. 60. X. de appellat. & c. 10. de appell. in 6.* adeo ut etiam, appellatione facta, interlocutorias retractare iudex queat, & quidem *ex officio*, ut appellationem auertat, nisi forsan *α)* appellationem admisit, vel *β)* iudex superior inhibitoriales ad iudicem inferiorem transmisit, GONZALEZ *ad c. 60. cit. vel γ)* res non

*Et canonico.*

*An interlocutoria quoad partem transeat in rem iudicatam de iure canon.*

amplius integra sit *c. 5. de appell. in 6.* Quod tertium membrum concernit, interpretes quidam docent, sententiam interlocutoriam quidem quoad *iudicem* non transire in rem iudicatam, bene tamen respectu litigantium post lapsum decem dierum, BLASIVS ALTIMARVS *de nullit. sentent. P. I. qu. 12. n. 24.* id quod colligunt ex *c. 3. §. si vero de appell. in 6.* Inde rursus inferunt, iudicem licet *ex officio* possit etiam elapso decennio interlocutoriam reuocare, ad instantiam grauati id tamen minime facere debere, cum respectu eius in rem iudicatam transierit, ALTIMARVS *cit. l. 7. n. 26.* Sed hæc sententia nec probatur ex *cit. c. 3.* nec indistincte accipienda est. Falsum enim esse, interlocutorias de iure canonico transire in rem iudicatam *quoad partes*, vel inde liquet, quod licet ab iis appellatum non sit, iudex tamen, ad quem post definitiuam appellatum est, grauamen per interlocutoriam illatum emendare & corrigere queat, quo ipso euidentis est, posse etiam appellantem inter grauamina causas ex interlocutoriis grauantibus petere. Nec eatenus possunt dici in rem iudicatam transire *inuitu partium*, quod retractationem sententiæ a iudice petere nequeant, id enim inde est, quod ab ea appellauerint, adeoque suæ appellationi renunciare censerentur, si retractationem grauaminis peterent.

*De praxi huius doctrinae.*

S. XV. Pergo denique ad praxin, secundum quam quidem ex sententia MEYERII *p. II. decis. 374.* iudici inferiori adhuc

adhuc integrum est, sententiam suam corrigere, sed ad hoc non tenetur, nec a superiori ad hoc cogi potest, nisi appellatio ad eum interposita fuerit, & ipsemet in instantia appellationis sententiam interlocutoriam correxerit. Verum de eo gravior dubitandi ratio superest, vtrum si pars a sententia interlocutoria haud appellaverit, sed demum a sententia definitiva, iudex superior gravamen per sententias interlocutorias illarum revocare queat, & ita doctrina iuris Romani & Canonici adhuc locum habeat? Distincte procedendum arbitror. (I) Decreta & resolutiones ad instantiam vnus impetratæ nec hodie transeunt in rem iudicatam, cum proprie sententiæ haud sint, nec causa plene cognita alteroque audito illa edita sint. Vnde nec ab his appellatur iuxta plerasque locorum ordinationes, quod etiam patres Tridentini contra ius Canonicum constituerunt. MEV.

*Decreta sine  
placia non  
transeunt.*

p. 7. decis. 292. n. 6. & p. 8. decis. 472. n. 5. Eadem est ratio (II) eorum articulorum incidentium, qui *obiter* tantum in causa principali adducti, non satis vero discussi sunt: non obstat enim exceptio rei iudicatæ, quin de nouo adhuc in iudicium deduci & opponi queant. Si enim vel maxime generatim pronunciatum esset, & per clausulam; *Einwendens ohngehindert*, omnes exceptiones reiectæ viderentur, non tamen illæ sunt reiectæ, quæ *obiter* tantum tactæ sunt, de quibus tamen inter partes *principaliter* haud disputatum est, & sic nihil impedit, quo minus adhuc in executione opponi possunt, si ita comparatæ alias sunt, vt in executione opponi queant. CARPZOV p. 1. decis. 49. Conuenienter satis MEVVS P. III. decis. 308. ait: *De cetero quod non est in petitione, nec exprimitur in sententia, ei non obstat exceptio rei iudicatæ, quæ sequitur tenorem sententiæ; hæc vero, quod petunt ultra eam non extenditur, ideo non parit rei iudicatæ exceptionem in his, quæ aut obiter aut incidenter, aut pro maiori declaratione allegatorum adducuntur. Nec enim talia petit actor, nec de is loquitur sententia iudicis. Est enim*

*Nec quæ obiter  
tacta.*

enim & illa considerat iudex, super iis tamen non pronunciat. Sententia de iis concipitur & intelligitur, quæ sunt in conclusione libelli, non quæ adduntur pro illustratione causæ, reuocantur hæc, ut non apta & valida ad causam, non ut in se aut non vera vel non iusta. Extra illum respectum ad quem allegantur, manent qualia ex se in se sunt ultra peti- tum & iudicatum, non improba, ideo alias allegari non prohibita.

Si super pun-  
ctis inciden-  
tibus ple-  
ne cognitum,  
sententia ho-  
die transit in  
rem iudica-  
tam.

§. XVI. Denique (III) si super articulis incidentibus utraque pars audita, si principaliter hi ab illis discussi sunt, & causa plene cognita, sententia super his lata est, hæc secundum praxin plerorumque iudiciorum in rem iudicatum adeo transit, ut postmodum, appellatio a sententia definitiua interposita, hi ipsi articuli incidentes reuocari nequeant, BRUNNEMANNVS in proc. ciuil. c. 27. n. 68. quia ita punctus incidens in prima instantia plene est decisis & definitus. Declarationis gratia adiungam responsum ab ill. Facult. iurid. Mens. Oct. 1705. conceptum, vnde tantum potiores rationes decidendi adducam:

Quod respon-  
so illustratur.

Dieweil aber dennoch dieses alles in thesi einiger maß- sen zwar richtig ist, doch, wenn solches ad applicationem huius causæ soll gezogen werden, sich deutlich befinden wird, daß das meiste davon hieher gar nicht quadrire, und die Umstände und Beschaffenheit der Sache ganz ein anders ausweisen, aner- wogen die in puncto rei vindicationis coram regimine Col- lensi ergangene Acta mit mehrern bezeugen, daß daselbst be- reits alle exceptiones gegen den Churfürstl. consensum über die 8000. Thlr. per modum replicationis sind vorgebracht worden, welche nachgehends in instantia appellacionis vor dem Hochpreißlichen Reichs-Hoffrath sind recoquiret, und von neuem in litem deduciret, zumahl erstlich aus der am 13. Febr. 1667. übergebenen Schrifft zu ersehen, daß sie dawieder vorge- bracht, daß zum ersten der von R. als er in Erfahrung gebracht, daß der Herr Cansler die Ver=consentierung auf 8000. Thlr. in



in die R. Lehngüter erhalten, er so fort ex l. diffamari Klage wieder igt gedachten Cangler erhoben, und dadurch zu erhärten gesucht, daß keine causa debendi vorhanden gewesen; Vors andre, daß dadurch Ihre Churfürstl. Durchl. in Cölln bewogen worden, den ausgefertigten consensum nicht zu extrahiren, sondern vielmehr zu cassiren, wie den zu dessen Behauptung eine eingeschnittene Schrift ad acta gebracht worden ist, drittens, daß nachgehnds zwar der in Pergamen beschriebene und ad recognitionem producirte consensus erfolget, doch davon weder in Cancellaria noch Archivum Hildesienfi einige Nachricht zu finden sey, auch keiner von den alten Bedienten und Thum Capitularen davon eine Wissenschaft habe, einfolglich solcher per sub. & obreptionem müsse erschlichen worden seyn; vierdtens, daß der Ort, da der Brieff verconsentiret worden, gar nicht darunter zu finden, woraus abermahl eine grosse suspicio falsitatis zu inferiren wäre; fürs fünffte, welches absonderlich inden in instantia appellationis abgefasseten Urtheil apprehendiret worden, daß Ihre Churfürstl. Durchl. Hochseeligsten Andenkens Ferdinandus den Weyland Herrn Adolphen Sigismunden Freyherr von und zu F. in Anno 1635. den 22ten Febr. und also vor der Verconsentirung der 8000. Thlr. in den R. Gütern nicht allein die expectanz gegeben, sondern auch daneben würcklich belehnet haben, also, daß der Churfürst zum præjudicij der Herrn Freyherrn von und zu F. dem Hen Cangler S. dergleichen consens nicht mittheilen können, sechstens, da zu solcher verconsentirung der expectativarius dazmahls nicht sey citiret worden, er auch niemahls darinn consentiret, noch davon gewußt, welches er doch als intimus Confiliaris & Camerarius a latere Electoris billig hätte wissen müssen, dannhero um desto ehender zu vermuthen sey, daß solcher consensus sub & obreptorie erschlichen gewesen, endlich, so sey auch an solchem Consens Brieff nicht das grosse, sondern kleine Capituls-Insiel angehenget worden, auch von keinem ex capitularibus unterschrieben, auf welche Exceptiones  
der

der Herr Cansler S. am 22tem Martii 1661. geantwortet, und dieselbe weisläufftig abgelehnet, hergegen der Freyherr von und zu F. am 26ten Martii 1661. seine vorige eingewandte Exceptiones noch weiter pouffiret, und noch ferner vorgebracht, daß der auff Pergamen geschriebene und ad recognoscendum producirte consensus gar nicht quadrive mit dem in Archivo Hildesienfi befindl. und eingeschnittenen Consensus-Briefe, und daraus noch mehr die præsumtio falsitatis zu erkennen, und ferner zu schliessen wäre, daß eigentlich der Original Consensus-Brief niemahls Herrn Canslern S. extradiret, sondern vielmehr cassiret worden, wie denn zu dem Ende der Freyherr von und zu F. ein documentum ad acta gegeben, worinn der Churfürst Ferdinandus sich auff den Consensum, so den 13. Jul. 1643. datiret worden, beruffet, welches eben derjenige wäre, so nachgehnds cassiret, nicht aber, so von Cansler S. auf Pergamen geschrieben ad acta unter dem dato den 22ten Jan. 1643. gebracht worden, ferner auch nachgehnds auf die vom Herrn Cansler S. dawieder vorgebrachte Gründe geantwortet, und nachgehnds beyderseits über solche Exceptiones in unterschiedlichen Schrifften verfahren, bis endlich die Sache zum Sprach rechtens nach Ninteln verschicket, und daselbst erkannt worden:

Daß Bellager so viel dargethan, und erwiesen, daß derselbe Klägers Einwendens ohngeachtet bey der Possession der R. Lehnstücke, bis ihm laut ertheilten Fürstlichen Consens die Summa der 8000. Thaler von Klägern entrichtet, billig zu manutainiren,

Einsfolglich aus allen diesen so viel zu ersehen, daß nicht allein über die angeführte und nachgehnds in instantia appellationis recognirte exceptiones bishero legitime verfahren, sondern auch darüber erkannt, und dieselbe als unkräftig, und unzulänglich per clausulam conclusam, Klägers Einwendens ohngeachtet

geachtet verworffen und reprobiret werden, welches auch die  
 Icti Rintelenes in ihren rationibus decidendi gar augen-  
 scheinlich angezeigt, und weil solche sententia ob desertam  
 Leuterationem in vim rei iudicatæ erwachsen, und die Sache  
 also abgethan per Decretum erkannt worden, so haben dadurch  
 die S. Erben billig ein ius quæsitum und validissimam exceptio-  
 nem rei iudicatæ erworben, so daß in instantia appellationis  
 die nunmehr abgethane, und per exceptionem rei iudicatæ  
 erstorbene exceptiones mit bestande rechtens nicht weiter vor-  
 gebracht, noch sententionando darauff reflectiret werden kön-  
 ne, wie dann die S. Erben sich beständigst auf solche exceptio-  
 nem rei iudicatæ bezogen, und daß solche exceptiones nun-  
 mehro nicht ferner gerühret werden könnten, stets urgiret haben,  
 worin ihnen dann die rechte allerdingß Beyfall geben, quando  
 enim semel exceptiones oppositæ in ordinario processu fue-  
 runt, & *plene ventilatæ*, postea in actu executionis oppo-  
 nere easdem non amplius integrum est, quoad impedi-  
 dam executionem, multo minus ergo ad promouendam ex-  
 ecutionem, uti in præfenti casu, cum tamen iura magis pro-  
 mora sint ad liberandum: BERLICH, *p. 1. conclus. 57. n. 86.*  
 MEVIUS *p. III. decis. 214. n. 4.* MERCELBACH *apud KLO-*  
 CKIVM *vol. 2. cons. 5. n. 114. sqq.* ZANGER, *de except. p. III.*  
*c. 26. n. 112. 113.* - Et si illæ demum exceptiones postea ad-  
 hue admittuntur, super quibus pronuntiatio & cognitio fa-  
 cta non est, contra illæ reiiciendæ erunt, super quibus co-  
 gnitum & pronuntiatum, uti fit per clausulam einwendens  
 ohngehindert MEV. *p. VI. decis. 250.* CARPZOV. *in proc. tit.*  
*25. art. 6. n. 6. sqq.* & quidem propter auctoritatem rei iu-  
 dicatæ, quæ pro veritate habetur; & cui excipiendo contra-  
 veniri nequit, *l. 25. D. de statu homin. l. 207. de R. l. CARP-*  
*ZOV. cit. l. n. 6.* adeo, vt cuius erat agendi & excipiendi  
 super eodem iure, si exceptione se tueri maluit, & succu-  
 buit, exceptionibus reiectis, agendi postea ei facultas dene-  
 getur, cum eandem quæstionem in iudicium reuocet, quæ  
 iam

iam in discussione exceptionum est ventilata, uti in terminis ad hunc casum apprime applicabilibus tradit Ictus in *l. duobus 19. ff. de exc. rei iud. l. quod in diem 7. §. 1. de compensat.* Imo exceptiones semel reiectæ ne quidem in alio iudicio opponi possunt. *CYLDIO PAPAE SING. 383. & 499. KLOCK. cit. l. BRVNEMANN. ad cit. l. 19. n. 4.* sicuti idem dicendum est de petitione actoris hoc modo ita reiecta *CARPZOV. in process. cit. l. n. 6.* Und obgleich die Doctores alsdenn die exceptiones semel in litem deductas nachgehnds auch bey der execution oder in alio iudicio zulassen, si obiter tantum adductæ, ac proinde a iudice non multum consideratæ nec attentæ, non obstante, siue expressa siue tacita reiectione *CARPZOV. decis. 40. & 271. n. 9. & in proc. tit. 25. art. 6. n. 66. MEVIVS p. VI. decis. 250. BERLICH. p. 1. concl. 57. n. 89.* so wird doch auch solches allhier keine application finden können, zumahl aus denen in puncto rei vindicationis ergangenen actis klar am Tage lieget, daß Kläger der Freyherr von und zu F. gegen den von beklagten vorgeschußten Churfürstlichen Consens auf 8000. Thlr. nach gescheneher recognitione *principaliter* und hauptsächlich excipiret, und die vorher ex actis illis extrahirte exceptiones proponiret, darüber documenta produci- ret, und beyderseits weitläufftig verfahren, mithin solches nicht *obiter* nur in lite angeführet, zumahl das vermeinte momentum causæ in dem gangen processu rei vindicationis auf der validitate consensus bestanden, auch einzig und allein darüber gestritten und auch erkant worden, wie dann gleichfalls nicht mag gesagt werden, quod parum iudex attendere vel consideraverit illas exceptiones, an erwogen solches der einzige Punct damahls gewesen, darüber erkant werden müssen, solches auch die Icti Rintelenses in ihrem Urtheil so wohl, als rationibus decidendi, deutlich befehen, indem sie pronunciret  
 Daß beklagter NB. so viel dargethan, und erwiesen, daß derselbe NB. Klägers Einwendens ohngeachtet zc.

Welche

Welche Worte offenbahr anzeigen, daß sie erstlich erkant, über  
 Beklagten Beweis, welcher vornehmlich in salvando con-  
 sensu, eumque liberando ab exceptionibus oppositis bestan-  
 den, und denn fürs andre über des Klägers dawieder eingewand-  
 te exceptiones, welche dieselbe als unzulässig und irrelevant  
 verworffen, und mithin die eingewandte Leuterung hätte pro-  
 sequiret werden müssen, so fern der damahliger Kläger sich ge-  
 trauet, mit seinen aberkanten exceptionibus in der Leuterung  
 fort zu kommen, und eine Reformatorium zu erwarten, welches  
 doch gleichwohl gar nicht geschehen, sondern vielmehr die Leu-  
 terung vor desert erkant, und der Herr Cansler S. per man-  
 datum manutenentiæ in seiner possessione befestiget worden,  
 wodurch dann abermahl ein grosses momentum ad vires rei iu-  
 dicatæ sustinendas erwächst, auerwogen aus denen rechten be-  
 kant, daß derjenige, so proprio motu & sponte dergleichen re-  
 media suspensiva deseriret, ipso facto seinen Anforderungen  
 renunciiret, welche alshier vornehmlich in denen bishero erzehl-  
 ten exceptionibus bestehen, cum paria sint, remedium su-  
 pensivum omittente vel non persequi, & eidem renunciare;  
 BERLICH, p. II. decis. 221. n. 10. & si iudex appellanti respon-  
 derit, intra iuris terminum Apostolos se daturum, appella-  
 tionis iuxta renunciaisse appellans intelligitur, nisi intra dictum  
 terminum petat apostolos; *clen. quamvis. 2. de appellat.*  
 iam autem non licet reverti ad exceptiones, quibus semel  
 renunciatum CARPZOV. *decis. 31. n. 11. FVLV. PACTAN.*  
*lib. II. de probat. c. 45. n. 15. sq.* Aus welchen allen denn von  
 selbst so viel erscheinet, daß in instantia appellationis über vor-  
 angelegte Exceptiones nicht hat von neuen erkant werden kön-  
 nen, weil sonst die auctoritas rei iudicatæ, tot legibus stabi-  
 lita, gar schwach und hinfällig seyn würde, si lites semel copitæ  
 ita per indirectum resuscitari possent, cum tamen tanta sit rei  
 iudicatæ efficacia, ut pro veritate haberi ubique debeat, l. 25.  
*de statu hom. l. 207. de R. I. MEV. p. III. decis. 104. & con-*  
*sequenter perfectum ius inter partes constituat, l. 3. pr. de*  
*agnosc.*

*agnosc. vel. al. liber. CARRZOV. p. l. C. 26. def. 15. quod nec summus princeps immutare vel auferre potest, l. f. C. sentent. rescindi non posse. l. 16. C. de transact. adeo, ut si vel maxime inique debitor absolutus fuerit & ita adhuc naturaliter obligatus maneat, tamen per exceptionem rei iudicatæ postea adiuvari debeat, §. 5. l. de except. und würde es also wider die klaren Rechte gehandelt worden seyn, wenn man nachgehends die Frey-Herrn von und zu F. virtute sententiæ ex L. diffamari in die quæstionirte Güter gesetzt, und also contra rem iudicatam die Execution verrichtet hätte zc.*

*Interlocutoria mera, quæ ex mixta dependent, hodie vim rei iudicatæ habent.*

§. XVII. Hoc posito, (IV.) quoque illud constare videtur, quandoque interlocutorias, altera parte instante, petitas vim iudicati habere, si ex præcedente sententia interlocutoria, ad plenam discussionem articuli incidentis lata fuit, & ex ea quasi dependet, quia ita virtualiter ei inesse videtur. Sic nuper admodum ad facultatem iuridicam huius loci transmittentur acta, in quibus actori probatio iniuncta, daß derselbe die existentiam des quæst. documenti verificiren, und darneben das angegebene precarium beybringen sollte. Sententiæ hæc, nullo remedio suspensivo interposito, transierat in rem iudicatam: unde reus, decendio effluxo, implorabat iudicem, vt terminum *demonstrationi* iniunctæ actori præstitueret, quem in sententia interlocutoria omiserat. Iudex terminum quatuordecim dierum actori præfinit, quem cum accurate non observasset, refugium in eo quæsit, decretum ultimum non esse sententiam interlocutoriam, ad solius rei instantiam impetratum, nec vim rei iudicatæ habere. Sed cum hoc decretum sese referrer ad sententiam priorem interlocutoriam, eique tantum illud, quod omisum erat, adderet, ordo ICTorum illustris huius loci censuit, hanc exceptionem haud attendendam esse.

*Rationes decidendi per se non transcunt in rem iudicatam.*

§. XVIII. Similiter (V.) de *rationibus decidendi* non leue nascitur dubium, vtrum hæc quoque in rem iudicatam transcant sicuti sententia, cui seorsim, vt fieri solet, sunt

sunt adiectæ. Contingere enim potest, vt sententia strictius concepta fuerit, quosdam tantum articulos incidentes definiens, in rationibus decidendi autem plures expressi, excussi & decisi fuerint, quod quamuis non satis apte fiat, litem tamen de virtute rei iudicatæ operari potest, si factum est. Equidem *rationes decidendi* virtualiter sententiæ inesse creduntur, cum contineant fundamenta, quibus iudex motus sententiam eo, quo factum est, modo tulit, adeoque eandem vim cum ipsa sententia habere videntur, vtpote cuius *anima* & quasi neruus sunt. Tangit etiam hanc questionem ADRIANVS BEYER in *processu Mechanicar. caus. c. 36. §. 18.* & hanc sententiam amplecti videtur, maxime hac de causa, quod etiam rationes decidendi publicari soleant partibus. Verum sicuti non necesse est, vt rationes decidendi sententiis vel inferantur, vel iis adiungantur, adeoque ad substantiam sententiæ principaliter haud pertineant *c. 16. X. de sentent. & interloc. nisi. vel a)* lex eas præcise requirat, vid. *R. I. de anno 1654. §. 61.* vel ab extraneo Ictorum collegio speciatim petita fuerint B. STRYK in *V. M. ad iur. de re iudic. §. 10. sq.* vis rei iudicatæ, quæ sententiis tributa est speciatim, trahi nequit ad *rationes decidendi*, si plus in iis determinatum, quam in sententia expressum est, præsertim cum sententiæ sint stricti iuris, nec ultra determinata & definita progrediantur *MEV. p. III. decis. 308. n. 5.* Quamuis enim sententiæ sine rationibus decidendi valere queant, hæc tamen sine sententia, cuius tantum accessorium sunt, non valent, nec aliquid operantur. Proinde si sententia tantum in possessorio lata esset, in rationibus decidendi autem plura admixta essent, quæ ipsum petitorium concernunt, illudque definiunt, petitorio inde nullum adfertur præiudicium, cum hoc tantum *obiter*, & *ex superfluo* adiectum censeferi debeat, adeoque tenorem sententiæ haud ingrediat. Proinde cum *Mens. Jul. 1713.* acta ad illustr. Facultatem iuridicam essent transmissa, in quibus *declaratio sentent.*

*via* vel ideo petebatur, quod plus in rationibus contineretur, quam in sententia expressum esset, pronunciatum fuit, daß die gesuchte declaratio nicht statt finde, sondern es derselben ohngeachtet bey dem fol. act. 87. befindlich und dem 18. April. 1708. eröffneten Urtheil billig verbleibet, cuius pronunciatum fundamenta ex rationibus decidendi subiectis apparent; Es hat implorant einige versezte Ländereyen eingelöset, und dabey prætendiret, daß implorat vitra consuetum vsurarum modum die Früchte gehoben, und zu dem Ende fol. 16. liquidation ad acta gegeben, und die auf die andere geliehene 59. Thlr. gerichtlich deponiret; Es ist aber 87. hierauf erkant, daß implorat auf die fol. 16. befindliche liquidation sich einzulassen nicht schuldig sey, imploranten aber unbenommen bleibe, die deponirte Gelder abzufordern, und weil in rationibus decidendi die vorige Herrn Urtheilsfasser dieses pro ratione gesehet, daß bey dergleichen ungewissen Feld-Früchten darauf nicht gesehen werde, wenn sie gleich die Landüblichen Zinsen merklich übersteigen, es wäre dann, daß der Schuldmann enormem læsionem vitra duplum legitimarum vsurarum beweisen könne, hat implorat Gelegenheit daher genommen, fol. 89. declarationem sententia dahin zu suchen, daß wenn er erweisen könnte, daß Herr implorat vitra duplum legitimarum vsurarum genossen habe, er alsdenn auf die von neuem zu übergebende liquidation sich einzulassen schuldig sey, worüber die Partheyen in anno 1708. bereits abgesehet, nachgehends die Sache in etlicher Zeit liegen geblieben, so daß wie fol. 109. zu ersehen, in anno 1709. dem imploranten seine deponirte Gelder auf ausgestellten Schein wieder abgefolget sind. Wann nun gleich implorant daher declaration der Urtheil gesucht, daß in denen rationibus decidendi weit mehres zu finden, als in der ausgesprochenen Urtheil, und daher nöthig sey, daß die sententia nach denen angeführten rationibus erkläret und dahin verstanden werden müsse, daß wenn er enormem læsionem und perceptionem fructuum vitra duplicatas vsuras erweisen könnte, er noch alles dings



dinge damit zu hören sey, inzwischen da solche declaration nicht geschehen, die *sententia vires rei iudicatae* nicht ergreifen können. *Meu. p. 1. decif. 109. & p. 5. decif. 10.* mithin die Abfolgung der 59. Thaler nicht geschehen mögen, sondern er befugt gewesen, dieselbe wieder abzufodern, zumahl er sonsten, wenn die 59. Thaler imploraten abgefodert seyn solten, er wegen der von neuen anzustellenden Liquidation keine Sicherheit gehabt hätte.

W. a. d. implorant einmahl fol. 16. eine Liquidation ad acta gebracht, und dorüber in actis, ob implorat sich darauf einzulassen solle, disputiret worden, und ob wohl anfänglich fol. act. 51. auf die Eintassung erkant worden, dennoch durch die letztere Urtheil implorat davon absoluiret, dieser punct auch nicht gelehret worden, und also Krafft rechtens ergriffen, und ob wohl implorat aus denen rationibus decidendi vermeinen wolle, daß ihm in den Urtheil vorbehalten sey, eine neue Liquidation ad acta zu bringen, und enormem læsionem zu erweisen, dennoch solches daraus nicht geschlossen werden mag, zumahl nur obiter darin angeführet, daß nur ob enormem læsionem eine Liquidation angestellet werden könne, welches implorant so fort ab initio beybringen müssen, so er doch nicht gethan, und da er nunmehr eine neue Liquidation ad acta geben will, keine geringe suspicio malitiæ daraus gegen ihn erwächst, &c.

§. XIX. Denique (VI) cum sententiis interlocutoriis insignem affinitatem habet *sententia provisionalis seu interimistica*. Dicitur enim *decretum iudicis interlocutorium, pendente lite principali, vel durante impedimento aliquo, in gratiam alicuius super negotio quodam, dilationem non recipiente, ex iusta causa latum, interim donec vel causa decidatur vel impedimentum remoueat, obseruandum* B. STRYKE de decret. interim. c. 1. n. 64. conf. REBVEFFVS de sentent. provision. præfat. Decernuntur huiusmodi decreta in causis ecclesiasticis, pendente controuersia super causa religionis; pendente lite de filiatione, interim quandoque

*Sententia interimistica non transeunt in rem iudicatam.*

que decernuntur alimenta: & si in causa possessionis timendum, ne partes ad arma veniant, possessio interim alicui assignatur; vxori, agente marito ad diuortium, prouidetur de alimentis aliisque necessariis subsidiis; Venti per bonorum possessionem prospicitur, donec ex euentu appareat, vtrum mulier vivum editura sit partum necne? Hæc & similia decreta interim iusticia causam principalem non definiunt, nec causa plene cognita aut satis iam instructa feruntur, & reuera meram *interlocutionem* continent. Sic sententia in possessorio summarissimo lata, proprie non est definitiua, sed tantum interlocutoria, MEVIVS *p. II. decis. 236. n. 3.* cum in hoc possessionis causa finaliter non decidatur, sed tantum pendente lite, decernatur, quis interim possidere, & partes rei vel astoris sustinere debeat. IDEM *p. III. decis. 193. n. 1.* Neque itaque hoc possessorium in ordinario, neque in petitorio præiudicat, sed probata antiquiori & iustiori possessione, reuocatur, CARPZOV. *in proc. tit. 23. art. 1. n. 7.* GAIL. *1. Obs. 7. n. 6.* id quod generatim de hisce sententiis provisionalibus dicendum est. B. STRYK. *cit. diss. c. III. n. 68. sqq.* Ex quo fluit, eas haud transire in rem iudicatam, cum alioquin retractari haud possent IDEM. *cit. l. c. IV. n. 5.* Et quamuis in antecedentibus dictum sit, sententias interlocutorias hodie transire in rem iudicatam, quæ articulum quandam incidentem plene definiunt; horum decretorum tamen diuersa est ratio, quæ de sua natura causam non definiunt, sed interim tantum quid decernunt, statuuntque, donec quæstio, de qua disputatur, plene & sufficienter discussa, cognita, & decisa fuerit. Neque enim res iudicata in iis, quæ tempore mutantur, locum habet, aut aliquid operatur in his, quæ sua natura mutationem recipiunt, IDEM *cit. l. n. 17.* adeoque nec in provisionalibus remediis *l. 1. §. 12. 13. 14. D. d. agnos. vel alend. lib.*

Sententia arbitrorum in-

§. XX. Quæ hætenus dicta sunt, in iure nostro quoque applicantur ad sententias *arbitrorum*, cum circa eas quoque

que distingui debeat inter *interlocutorias* & *definitivas*. Ita enim PAVLVS in l. 19. in f. D. de recept. qui arbit. Vnde non trans- videndum erit, an mutare sententiam possit? & alias quidem eunt in rem est agitatum, si arbiter iussit dari, mox venit, virum eo, quod iussit, an eo, quod venit, stari debeat? Et Sabinus qui- dem putauit, posse. Celsus sententiam magistri sui bene ex- cusat, & ait, Sabinum non sensisse de ea sententia, quæ arbi- trium finiat, sed de preparatione causæ: utpote si iussit, li- rigatores Calendis adesse, mox idibus iubeat: nam mutare eum diem posse. Ceterum si condemnavit vel absoluit, dum arbiter esse desinit, mutare sententiam non posse. Dum ergo mutare potest, quod interlocutus est, illud ipsum vim rei iudicatæ habere nequit, cum nec eius officium desit. Ex hoc fundamento etiam aliquando mutare potest sententi- am definitivam, in illa specie, quam proponit ICtus in l. 21. pr. D. eod. si de pluribus controuersis decidendis assumtus est, nihil sibi communibus, & de vna sententiam dixit, de aliis nondum. Distinguit enim ICtus in cit. l. vtrum com- promissum ita conceptum fuerit, de omnibus simul ut dicat sententiam, an vero ut etiam separatim dicere queat? Hoc casu quoad illam sententiam, quam dixit, arbiter esse desi- nit, & ita facultas mutandi illi est adempta, non vero priori casu.

§. XXI. Sed specialius videndum, an laudum arbitri, definitivum, maxime hodie, vim rei iudicatæ habeat? plures hoc negant, adeo, ut, reo absoluto, actor rem & causam, super qua compromissum est factum, rursus coram compe- tente iudice in iudicium deducere queat, vid. LAVTERBACH de arbit. compromiss. §. 45. Loquor hic autem non de ar- bitris iuris, quorum sententiæ maius pondus habent, sed de compromissariis, qui libera voluntate partium assumti erant, circa quos de iure civili antiquo constat, eas senten- tias vim rei iudicatæ proprie haud habuisse, l. 2. ff. de re- cept. l. 1. C. de recept. arbit. ibi: quia nec iudicati actio inde præstari

prestari potest, & ob hoc inuicem pena promittitur, ut metu eius a placitis non recedatur. Interim potuerunt per indirectum aliunde robur accipere. Scilicet distinguebatur, utrum compromissum nudo esset in initum pacto, an stipulatione. Posteriori casu, quem communiter leges supponunt, vis sententiæ ei accedebat ex stipulatione, quorum collimat effectum Icti in l. 27. § 2. de recept. qui arbitri. receptandum esse sententiæ arbitri, quam de re dixit, siue æqua siue iniqua sit; & sibi imputet, qui compromisit. Posteriori casu vel reus absolutus erat vel condemnatus. Illo casu itidem sententiæ robur habebat, quia exceptione pacti actor, de nouo agens, repelli poterat; hoc vero laudum effectu carebat, quia ex pacto non dabatur actio, & ita reus actione compelli haud poterat, ut sententiæ satisficeret.

Quod repetit  
Iustinianus.

§. XXII. Sententiæ iuris antiqui recenset IUSTINIANVS in l. pen. C. de recept. arbitri. his verbis: Cum antea sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque pena compromissi ualabat, (id quod per stipulationem fiebat) neque iudex dederat (qui non erant arbitri iuris) sed nulla sententiæ præcedente communis electio, ut illorum sententiæ staretur, procreabat: siquidem pro parte pulsata (pro reo) forma arbitralis procederet (adeoque hic absolueretur) exceptionem ei, ueluti pacti, generari; sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei præsidii, cum ex nudo pacto, quo compromissum in initum erat, nulla dabatur actio.

Sed correxit  
rimque laudo  
addit ex fi-  
sentio decem  
dierum.

Hoc durum æquitati que contrarium visum fuit IUSTINIANO, inde in l. cit. distinxit, utrum subscripserint sententiæ nec ne. Priori casu actori in factum dat actionem, ut sententiæ executioni manderet: posteriori vero subdistinguit, utrum silentio ea roborauerint, nec intra decem dies proximos attestationem miserint uel iudici uel aduersario, per quam manifestum fiat, definitionem non esse amplectendam, annon roborauerint. Priori casu itidem datur prior actio ad instar iudicati, sed non posteriori casu, quin potius nuda

nuda contradictio operabatur, vt vim quasi iudicati laudum a parte actoris habere non posset. Hæc si ad praxin hodiernam applicanda sunt, in alia omnia eundem & statuendum esse cenfeo, laudum arbitrorum *indistincte* hodie vim rei indicatæ habere. Conclamatum enim est, hodie pacta nuda vim stipulationis habere, adeoque etiam compromissa, nudo consensu partium inita, prout hodie sine sollemnitate verborum vbiq; ineuntur, parem cum stipulatione efficaciam habere. Sicuti itaque olim, & ex ipsa dispositione *l. cit. pen. compromissa per stipulationem* inita statim vigorem habebant, & sententia lata ad effectum deducenda erat, haud requirens, vt silentio decem dierum homologata esset, ita quoque idem de compromissis, prout hodie ineuntur, dicendum est, nec ad ea amplius quadrat dispositio *l. pen. cit.* quippe quæ eo tempore lata est, quo ex nudo pacto nulla dabatur actio, quod hodie fecus. Proinde hodie non amplius intra decendum contradicere laudo, illudque impugnare licet, sed statim efficaciam habet, æque ac sententiæ, quæ in rem iudicatam transiere. B. STRYKIVS in *V. M. ad tit. de recept. §. II. MEVIUS p. II. decis. 250. n. 6. in not. SCHILTERVS in pr. iur. Rom. ex. 12. §. 17. FABER in C. lib. II. tit. 38. def. 6.*

*De cuius praxi dabitur.*

§. XXIII. Quid vero dicendum de sententiis arbitrorum *interlocutoris*, non *meris*, sed *mixtis*, quando super puncto incidente vtrinque *plene* disputatum, & arbiter causa cognita sententiam tulit, veluti reus contra testes excepit, eosque absolute inhables nec admittendos esse censuit; inde litigantes per varia argumenta hunc articulum incidentem excusserunt, & decisioni arbitri submiserunt. Pronunciavit arbiter, eos, salua exceptione, admittendos esse, an hæc quoque sententia parem cum definitiua vim habet? Equidem ex §. XXIII. contrarium colligitur, saltem quod arbiter eam reuocare potuerit, quo ipso quoque certum est, eam vim quasi iudicati non habuisse. Verum iam supra asserui,

*Quod etiam de sententiis interlocutoris mixtis arbitrorum dicendum est.*

idem quoque de interlocutionibus ordinariorum iudicum olim obtinuisse, quod tamen hodie in praxi plerorumque locorum secus est. Proinde cum arbitria ad instar iudiciorum ordinariorum adornentur, arbitrorumque ordinem solitum obseruare debeat, *l. i. D. de recept. qui arbit. recep.* arbitror, tales interlocutorias quoque hodie statim vim quasi iudicati habere, nec amplius ab arbitro reuocari posse.

*Quod iuri canonico quoque conforme est.*

§. XXIV. Denique addo etiam hoc, sententiam, quam antea iuxta praxin hodiernam adstruxi, iuris canonici quoque satis congruam esse, quoniam, ut *tit. de pactis* ostendi, etiam hoc iure nudum pactum valide obligat. Probo id ipsum *ex c. 2. & 9. X. de arbitris*, & quidem in posteriori textu adest casus, ubi ad executionem laudi agebatur, ei tamen opponeretur, quod procurator, qui in arbitros consenserit, speciale mandatum ad hoc non accepisset. Inde Pontifex distinguit, vtrum ipse principalis arbitrum recepisset nec ne? Priori casu censet, *indistincte* laudum eius ratum habendum esse & executioni mandandum, non vero posteriori casu. Si ergo *indistincte* sententia arbitri hoc iure seruanda est, ad distinctionem IUSTINIANI amplius hoc iure prouocari nequit, quod etiam fatetur GONZALEZ *ad c. 2. cit. n. 13.*

*Decisiones superintendentium vim iudicanti non habent.*

§. XXV. Arbitrorum spartam etiam tueri videntur *Superintendentes*, in terris inprimis Saxonice ad minimum, vt notionem quandam de causis leuioribus habere videantur. Vnde etiam *decisio* quædam iis adscribitur in *der Chur- sächsischen Erledigung des Landes grauam. iii. Consistorial-Sachen. n. 8.* vbi dicitur: Es sollen zum achten diejenige Sachen, so vermöge der Generalien und Pollicey-Ordnung vor die Superintendenten zu deren *decision* gehören, ohne der Partheyen Willen zu Verhütung Unkosten nicht vor die Consistoria gebracht werden. Num ergo *decisiones* eorum vim rei iudicatæ obtinent? Tale quid *Superintendentes*, nonnunquam

quam tentasse, & *decisionibus* suis vim iudicati adscripsisse colligo ex responso Consistorii Vitebergensis, quod adducit ZIEGLER. *de Superintend. cap. XVI. §. 17.* his verbis: Und weiß wir auch wahr genommen, daß ihr in dieser Sache nicht nur beyde Theile gegen einander gehöret, sondern auch denen Partheyen einen Bescheid publiciret, welchen ihr *pro re iudicata* halten wollet, euch aber, der ihr keine Jurisdiction zu exerciren, dergleichen zu thun nicht zustehet, so werdet ihr ins künfftige in dergleichen und andern Fällen Bescheide und Weisungen, die in dergleichen nach sich ziehen sollen, denen Partheyen zu eröffern euch enthalten. Scilicet *superintendentes non tam arbitrari quam arbitratores* in quibusdam causis leuioribus constituantur, non vt seruato iuris ordine procedant, & causa cognita sententiam ferant, sed potius vt compositione amicabilem partes dissidentes componere studeant, id quod si efficere nequeant, rem ad Consistorium deferre debent, quod demum de illis per modum sententiæ forensis decernit. Cum itaque magis *arbitrium* interponant, quam sententiam ferant, frustra de vi rei iudicatæ quæritur. Bene ZIEGLERVS *cit. l. §. 8.* *Nec iurisdictionem illi habent, nec forum, adeoque nec sententiam dicendi potestatem, & vi vel maxime talentem pronuntiare velint, omnino tamen nulla ea est, nec vnquam rei iudicatæ vires acquirere &c.*

§. XXVI. Similiter de decretis collegiorum *opificum* *An decreta collegiorum opificum vim iudicati habeant.* *Mechanicorumque* eadem ratio dubitandi moueri potest, vtrum in rem iudicatam transeant? Videtur decisio huius questionis inde dependere, vtrum collegia huiusmodi veram & proprie dictam habeant iurisdictionem? Affirmat id ipsum ADRIANVS BEYER *in proces. caus. mechan. c. III. §. 7. §. 99.* putatque eandem moribus ac consuetudine confirmatam esse. Sane collegia, qua talia, sunt societates mere æquales, adeoque sicut imperio nullo gaudent, ita quoque iurisdictionem, quæ ex imperio fluit, *regulariter* non habent. Equidem de rebus ad collegium pertinentibus co-

gnoscere quodammodo possunt, sed hæc facultas non iurisdictionem, sed nudam inuoluit notionem CARPZOV. in proc. lit. 2. act. 3. n. 88. sq. Proinde qui iurisdictionem proprie dictam iis tribuit, contra regulam aliquid statuit, adeoque exceptionem suam, moribus fundatam esse, probare debet. Ceterum ubi iurisdictione pollent, res salua est, ubi vero nudam notionem habent, aliud dicendum videtur. Nec obstat, quod iudices pedanei olim etiam nudam habuerint notionem, illorum tamen sententiæ in rem iudicatam abierint; nam notionem, quam iudices pedanei olim habuere, acceperunt a prætore, publica iurisdictione pollente, adeoque sententiæ eorum vim iudicati accipiebant ex ipsius prætoris auctoritate, qua lata erat per iudices pedaneos sententia. Talem vero notionem non habent collegia regulariter, sed summarie causa cognita aliquid decernunt consentque, cum nemo rectius de ipsa arte iudicium ferre possit, quam artis peritus. Interim plerumque a) tumultuarie, & causa non satis instructa decernunt, b) protocollo ad plurimum haud vruntur, nec c) peculiarem actuarium alunt, adeoque, quæ ita sunt, fidem publicam habere nequeunt, quæ tamen necessaria sunt, ut sententia suum vigorem habere queat c. u. X. de probat.

§. XXVII. Quandoque quoque iudex requirit sententiam & opinionem opificum Mechanicorum vel in genere artis peritorum, unde an hæc vim iudicari habeant, grauissime disputatur inter ICtos. Et quidem communiter tres casus discernunt, unde reuera tres nascuntur regulæ: Prima est: *Sententia alterius quam iudicis nomine, ad consilium ICtorum lata & publicata, in rem iudicatam transiit.* Quando enim acta transmittuntur ad collegia ICtorum, vel speciatim desideratur, ut hi nomine magistratus ordinarii sententiam concipiant, vel non. Priori casu res salua est; posteriori vero ICti suo nomine concipiunt sententiam per modum literarum respensoriarum hoc modo; *Als Dieselbe*  
uns

*Sententia ad consilium ICtorum lata & publicata vim rei iudicate habet, licet nomine iudicis non fuerit concepta.*



uns Klage, Antwort und erfolgte Gesetze in Sachen Caii &c. an einen, und Lucii befragten an andern Theil zugeschicket und sich des rechten darüber zu belehren gebethen, also erkennen wir ordinarius Decanus und andere Professores der Juristen Facultät N. vor recht. Dubitatum olim magnopere fuit: *virum talis sententia vim iudicati habere posset, si simpliciter in forma adducta publicata fuerit?* In Saxonia olim acriter desuper disputatum fuisse docet *p. 1. consilii. elect. 26.* qua controversia hæc tandem decisa est. Aliis quoque in foris ad omne dubium auertendum receptum est, vt iudex ex literis responforiis ICTorum sententiam *suo nomine* concipiat, eamque partibus publicet: vel vt literis informatoris hoc modo subscribat: *Nos iudex pronunciamus, vi in supra scripto consilio continetur* CARPZOV. *p. 1. C. 26. def. 1. n. 4. in f.*

§. XXVIII. Rationes dubitandi veterum fuere, (1) *Rationes dubitandi.* quod consilia peritorum & responsa semper retractari queant, vt colligunt ex *l. 17. pr. ff. de iure patron.* adeo vt si vel maxime nomine iudicis concepta essent, hic tamen in tacita perustratione animaduerteret, illa actis & iuri haud conformia esse, ei integrum sit, publicationem eorum omittere BRUNNEMANNVS *ad cit. l. 17.* (2) quod sententia ex auctoritate *iudicis* robur capiat, cuius nomine quoque publicari debeat, id quod si factum haud sit, *sententie* nomen tale responsum habere non possit, prout plures censuere relati BERLICHIO *p. 1. concl. 59. n. 3.* Verum recte idem respondet, iudicem, qui post transmissorum actorum sententiam talem publicauit, eam reuera sua *auctoritate* suoque *nomine* virtualiter publicare, adeoque inde vim & efficaciam *sententie* proprie dictæ accipere, quod vel inde liquet, quia partes citantur ad publicationem *sententie*, adeoque illud, quod iis in termino præfixo publicatur, vim *sententie* habere debet. Diuersa quoque est ratio, quando litigantes *privato auctoris* informationem a ICTis requirunt, & quando iudex ad acta trans-

*Rationes decidendi.*

transmissa & partibus presentibus inrotulata responsum de-  
siderat. Priori casu responsa iuris prudentum auctoritatem  
hanc non habent, bene tamen posteriori casu, cum eo con-  
silio sint transmissa, ut responsum eorum *decisivum* habe-  
ret *auctoritatem*, siue nomine *iudicis* acta transmittentis, si-  
ue nomine *collegii* responsum conceptum fuerit. Nec aliud  
euincitur ex *cit. l. 17.* ex qua tantum illud colligitur, variasse  
ICTOS quandoque in pronunciando & respondendo, non  
potuisse, cuius contrarium patet ex *§. 8. l. de iur. nat. gent. &*  
*civ. conf. CARPZOV. p. 1. C. 26. def. 1.*

*Artificum iu-  
dicia in cau-  
sis, que fallere  
possunt, non  
habent vim  
iudicati.*

§. XXIX. Altera regula est: *Opiniones & sententiae  
peritorum artis in iis causis, que fallere possunt, nec certi-  
tudinem habent, vim iudicati non habent, sed admittunt  
probationem in contrarium.* Neque enim, quando tales per-  
riti artis veluti medici, chirurgi, obstetrices &c. super le-  
thalitate vulneris, inspectione ventris &c. consuluntur, de  
iure pronunciant, aut, quid *de iure* pronunciandum sit, edi-  
cunt, sed illa, quæ *ad factum* instruendum pertinent, iudici  
suggerunt, ut ita sine hæsitacione ius ad factum applicare  
queat. Cum ergo eorum iudicium non sit *sententia*, quæ ap-  
plicationem iuris ad facta continet, sed *nuda informatio* de  
ipso *facto*, rei iudicatæ vires quoque habere nequit, ut  
vel maxime, qui iudicium suum de inspectione ventris tuler-  
unt, vterius progressi, quod in iure statuendum sit, edixe-  
runt. Neque enim ut *de iure* sententiam ferant, constitui  
sunt, adeoque si id faciant, præter limites officii sui id fa-  
ciunt, in quo ipsis nullatenus creditur, nec auctoritas aliqua  
assistit *CARPZOV. p. 1. C. 26. def. 5. BERLICH. p. 1. concl. 59.  
n. 35.* Breviter: talia iudicia conscribuntur ad *nudam infor-  
mationem* iudicis, contra quæ hi, quorum interest, merito  
audiendi sunt, si contrarium probare possunt. *MEIER in  
C. l. A. tit. de re iudic. Th. 52. MARTINI ad process. Saxon.  
tit. 34. §. 1. n. 306, B. STRYK de iure sens. disp. 1. c. 3. h. & seqq.*

M. E. V.

MEV. p. III. decis. 25. n. 3. cum in hisce causis etiam peritis-  
 simi fallere queant c. 14. X. de probat. c. 6. X. de frigid. &  
 malef. Quod si iudex ad huiusmodi informationem senten-  
 tiam tulit, partibusque debito modo publicavit, hanc itidem  
 in rem iudicatam non transire autumat B. HERTIVS de in-  
 spect. ocul. §. 43. vbi disertis verbis de sententia a iudice  
 lata, edisserit. Sed de hoc merito dubito, cum si vel ma-  
 xime iudicia horum peritorum fallere possint, id tamen vi-  
 gori rei iudicatee haud præiudicet. Quid enim, si iudex  
 ipsemet circumstantias causæ non recte ponderaverit, & ita  
 in applicatione erraverit, annon sententia talis in rem iudi-  
 catam transire potest? Excipio tantum eas causas, quæ aliis de  
 causis in rem iudicatam non transeunt, veluti matrimoniales  
 & criminales, quippe in quibus contra iudicia peritorum  
 semper admittitur probatio in contrarium, si vel maxime  
 sententia lata est.

§. XXX. Denique tertia regula est: Si causæ de qui-  
 bus periti fuerunt consulti, certitudinem admittunt, veluti cati habent  
 architectorum & artificum, in his sententia eorum transit in artificum iu-  
 rem iudicatam. CARPZOV. p. 1. C. 26. def. 4. BERLICH. cir-  
 concl. 59. n. 35. HERTIVS cit. l. BRYNNEMAN. ad l. 2. C. de  
 ponderat. & auv. illat. id quod euincunt ex Nov. VII. c. 3. Sed  
 hoc rursus intelligi potest aut de eorum nuda informatione,  
 quæ fit iudici, aut de sententia iudicis, ad illam lata & pu-  
 blicata. Posteriori casu res salua est: sed priori casu aliud  
 dicendum arbitror, cum sententiam proprie haud ferant, sed  
 de eo, quod ad instructionem causæ spectat, iudicem infor-  
 ment, veluti de auri qualitate, de quantitate agrorum, &  
 ita porro. Vnde ipse BEIERSVS in process. rer. Mechni-  
 carum c. 36. §. 16. n. 211. hoc restringit (1) ad factam publi-  
 cationem, per quam videlicet illis demum publica superuenit  
 auctoritas: cum artifices in se meri sint priuati, quorum  
 videtur, nisi in ea compromissum fuerit, neminem stringit,  
 (2) ad iuratam confirmationem. Bene MEVIUS p. VIII.  
 decis.

E

decif. 26. *Etsi periuorum iudicio in libris multum tribuendum est, haud tamen eousque vis istius porrigitur, ut pro iudicato sit, praeterquam cum super eo seu iuxta illud iudicis sententia accessit, citra quam minime in rem iudicatam transit. Adhibetur enim artificum iudicium, ad causam saltem instruendam, veritatemque explorandam, ideo ad PROBATORIA tantum pertinet: super eo vero statuere iudicium est. Quocirca hic integrum non modo quid ei tribuendum statuere, sed etiam diligenter perpendere incumbit &c.*

*Sententia  
nulle non  
transcunt in  
rem iudica-  
tam.*

§. XXXI. Potissimum vero ad nostrum scopum pertinent sententiae, quae nullitate laborant, quae non transeunt in rem iudicatam l. vlt. C. de sent. ex peric. recit. clem. 2. §. ut igitur de sentent. l. i. C. quoad prou. non est necess. l. l. ff. quae sent. sine appell. rescind. & ita ad declarandam nullitatem semper agi & excipi potest. Sicuti autem in omni processu tam ratione substantialium quam solemnium multa cautione opus est, nec ex tot ambagibus, quae circa processum occurrunt, aliquid omittatur vel interuertatur, ita modi, quibus nullitas committi potest, sunt infiniti, quos plena manu detexit Blasius ALTIMARVS de nullit. sentent. Ex quo fuit, nihil facilius esse, quam effectum rei iudicatae sententiae subtrahere, utpote quibus nullitates defectusque facili negotio imputari possunt, quo ipso tamen reuera lites ex libris mouentur & immortales pene fiunt contra legislatorum intentionem. Ad hoc malum auertendum, introducta est in R. I. de anno 1654. §. 121. sq. distinctio inrer nullitatem sanabilem & insanabilem, ita vt, illa non obstante, sententia in rem iudicatam transeat; non vero hac. Oritur autem insanabilis nullitas vel ex persona iudicis, si iudex esset bannitus, iurisdictione omni destitutus, vel alias a iudicando remotus: vel ex persona litigantium, si non habeant personam standi in iudicio, vel alias sese legitimare ad causam nequeant: vel ex defectu substantialium, vt si citatio, litis contentio, probatioque deficiat &c. Quando vero tantum defectus

*Nisi nullitas  
sic sanabilis.*

fectus est in meris *solemnibus*, quæ variant, nullitas *sanabilis* est; ut ut enim solemnia processû, melioris ordinis seruandi gratia præscripta, non sint negligenda, cum tamen *absolute* ad processum non requirantur, sed in quibusdam locis vel aliter sese habeant, vel plane omiffa reperiantur, imo sine eis veritas indagari & haberi possit, ut ne quidem in causis summaris attendi debeant, per *clēm. sepe de V. S. defectus* hic *sanabilis* dictus est. Alibi etiam remedio nullitatis, si vel maxime sententia nullitate insanabili laborat, breuior terminus est præscriptus, intra quem proponi debet, alioquin etiam sententia talis vires rei iudicatæ acquirit, prout ostendi *MARTINI ad process. Saxon. tit. 38. n. 22. § 99.*

§. XXXII. Huic consequens est, ut sententia contra rem iudicatam lata, in iudicatam rem transire non possit *li. C. sent. in rem iudicatam transire pronoc. rescind. c. 20. X. de re iudic.* quia ex capite rei iudicatæ oritur nullitas, eaque insanabilis, cum talis sententia aperte sit contra iura in thesi, ut loquuntur, adeo ut hæc nullitas a iudice sit attendenda, si vel maxime nequidem opposita fuerit, modo ex actis appareat. *Consil. Marpurg. Vol. II. conf. 30. n. 271.* Ante omnia tamen constare debet: (I) sententiam primam in rem iudicatam transiisse, & fatalia effluxisse: in dubio enim appellatio legitimo tempore interposita censetur, si non constat, eam esse desertam. *MEVIVS p. I. decis. 256. n. 4. & p. II. decis. 372. n. 2.* (II) sententiam primam validam esse, nec amplius dubitari de eius validitate: alioquin iudici integrum est, de validitate non tantum cognoscere, sed præterea etiam contra eam, quam nullam iudicat, pronunciare: (III) inter easdem personas sententiam posteriorem latam fuisse: quod si tertius postea superuenit, & quidem pro suo interesse, respectu eius in rem iudicatam minime transiuit. Illustrabo hoc rationibus decidendi, quas Facultas illustris huius loci sententiæ Mens. April. 1711. latæ adiecit, in casu quo querela nullitatis sententia in ipso iudicio impugnabatur. Inter alias enim rationes his quoque usæ est:

est: Uud wenn auch das erste Urthel in rem iudicatam ergangen wäre, so ist doch aus denen Acten offenbar, daß nach der Zeit der Rath zu Giffhorn sich principaliter pro suo interesse als interuenient dagegen opponiret, und daß der Verkauf der Wiese nicht bestehen könne, dargethan. Dahero denn solche Urthel auch dieser wegen nicht bestehen mögen, sondern reformiret werden müssen, da die exceptio rei iudicatæ dem tertio interuenienti nicht opponiret werden kan. FELINVS ad c. 20. X. de sentent. n. 24. &c. Plenius de hac materia agunt FELINVS ad c. 20. X. de re iudic. n. 16. sqq. TVSCHIVS lit. 5. concl. 142.

Non transit  
in rem iudicatam  
sententia ex iuramento  
necessario lata.

§. XXXIII. Pari ratione huc referunt, quod sententia ex iuramento necessario lata non transeat in rem iudicatam, cum repertis nouis probationibus retractari queat, id quod fieri haud posset, si in rem iudicatam transiret per *l. admonendi 31. D. de iurei.* Verum interpretes circa hanc materiam admodum dissentiunt, & de ipso fundamenta retractationis non eadem ducuntur sententia. Plures huc collineant, sententiam talem quidem in rem iudicatam transire, sed ope restitutionis in integrum, quam *ciuilem* dicunt, sententiam rescindi, quam sententiam defendunt MEVIVS p. 1. decis. 13. BRUNNEMANN *ad cit. l. 31. n. 18.* aliique. In contrariam abiit sententiam CARPZOVIVS p. 1. C. 15. *def. 5. cum iis, quos allegat ESBACH in not. ad Carpz. c. l.* putatque restitutione nulla opus esse, sed talem sententiam potius ipso iure nullam esse, adeoque in rem iudicatam transire haud posse. Equidem qui ita dissentiunt, in effectu non adeo dissentire videntur, cum in eo conueniant, quod intra 30. annos sententia retractari queat; nam & illi, qui restitutioni hic locum relinquunt, eam *ciuilem* esse aiunt, ex constitutionibus principum introductam, & ita *perpetuam*: interim an vtraque sententia dispositioni *cit. l. 31.* conueniat, maior ratio dubitandi est. CARPZOVII sententia admodum improbabilis est, neque enim, vnde nullitas,

tas, quam sententiæ inesse vult, dependeat, apparet, quæ si adesset, sententia nunquam in rem iudicatam transiret, & ita non *interdum* sed *regulariter* retractari posset. Et tamen in *ciu. l. 31.* dicitur *interdum permitti ex integro causam, agere*, quod iudicium præbere videtur, regulariter alias id non permitti, imo in *l. 4. §. 4. D. in lit. iur. diferte magna causa* supponitur, vt post iuramentum in litem, quod itidem legale est, causa retractari queat. Nec quod de *restitutione* adfertur, textui congruere videtur, cum eius non fiat mentio, & *constituciones principum*, non *ius prætorium*, vnde restitutiones dependent, hic allegetur. Sed res salua est. Principes in plerisque imitati sunt prætores, uti totum ius nostrum ostendit, & ita non mirandum est, quod etiam peculiare adinuenerint restitutiones, & læsis succurrerint. Neque enim in *ciu. l. 31.* causa ex integro agi potuit, sine restitutione, qua posita sententia liquidum est, sententiam talem regulariter transire in rem iudicatam, nec ad præsentem doctrinam pertinere.

§. XXXIV. Potius huc pertinet species, quæ traditur in *l. 33. D. de re iudic.* vbi Ictus ita: *diuus Hadrianus falsa causa aditus per libellum a Iulio Tarentino, & iudicante ex falsis testimoniis, conspiratione aduersariorum, testibus pecunia corruptis, religionem iudicantis circumuentam esse: in integrum causam restituendam in hæc verba rescripsit. Exemplum libelli dati mihi a Iulio Tarentino miti tibi iussi. Tu si tibi probauerit, conspiratione aduersariorum & testibus pecunia corruptis oppressum se, & rem seuerè vindica, & si que a iudice tam malo exemplo circumscripto iudicata sunt, in integrum restitue.* Equidem Imperator restitutionem indulget, adeoque sententia in rem iudicatam transiisse videtur, salua tamen restitutione in integrum: Verum non raro illud quoque rescindendum esse dicitur, quod nullum est, quoniam iudex ante omnia desuper cognoscere, & probata fraude, sententiam latam rescindere, vel nullam declarare debet, quo factò causa in priorem statum reuera restituitur

tur. Et quid clarius est, quam Modestini assertum in *l. 11. D. de except. negantis* ex tali sententia exceptionem rei iudicate nasci, seu eam transire in rem iudicatam? quod & aliis ex locis evidens fit, sententiam ex falsis instrumentis lram nullam esse *l. 1. C. si ex fals. instrum.* Unde generaliter adferunt, sententiam, cuius causa falsa est, nullam esse, adeoque non transire in rem iudicatam. BRUNNEM. *lib. III. de iur. eccles. c. 9. §. 10.* qua de causa plures iudicem fatuum esse aiunt, qui rationem decisionis suæ edit, quia si ea falsa est, sententia in rem iudicatam haud transit. MEIER in *C. l. Arg. tit. de sent. & de re iudic. th. 67.* Antea omnia tamen respiciendum ad causam, quæ falsa esse dicitur: plures vt plurimum adiiciuntur rationes decidendi, quarum quædam sunt principales, quædam illustrantes tantum & secundariæ. Si hæc vel maxime falsæ sunt, nihilominus tamen sententia in rem iudicatam transire potest. At si principalis, primaria, & adæquata falsa est, secus dicendum. SERAPHINVS DE SERAPHINIS *de priuil. iuram. priuil. 107. n. 7.* CARPZOV. *in proc. tit. 16. art. 1. n. 71. §. 9. & lib. III. resp. 98. n. 16.* Atque huc collineat quoque ius canonicum variis in textibus, imprimis in *c. cum Bertholdus 18. X. de sent. & re iudic.* vbi pontifex ex tenore sententiæ latæ infert, iudicem variis modis circumventum esse, talesque rationes decidendi adductas fuisse, quæ cum rei veritate haud conuenirent, adeoque sententiam annullandam iudicauit. Hæc forsitan ratio fuit, quod olim ICTI responsa sua vt plurimum, rationibus non expressis, dederint, ne alias impugnari possent. Et ideo, ait ICTUS in *l. 21. D. de LL. rationes eorum, que constituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, que certa sunt, subuerterentur.* Loqui lectum de responsis prudentum, expeditum est, pleniusque probat FELTMAN in *comment. ad cit. l.* docetque ex SENECA, olim etiam responsa eorum sine rationibus valuisse. Proinde huc recte applicari potest vulgatum illud: *non expressa non nocent, que si expressa fuissent, nocere possent.* Reuera enim rarius sententiæ in rem iudicatam



tam transire possent, si non expressis rationibus decidendi, litigantibus integrum foret, in rationes inquirere, & earum falsitatem deducere, quod tunc demum iis integrum est, si *expresse* fuerint. Priori casu enim semper pro iudice præsumendum, quod legitime sententiam protulerit *c. 6. X. de renunc.* quod casu superiori cessat, si ex rationibus adiectis in continentem contrarium euinci queat.

§. XXXV. Vtcrius contendunt Dd., sententiam *Au sententia* mere absolutoriam, qua pronunciatum est, non de iure rei, *absolutoria in* sed de non iure actoris, seu quando reus ideo absolutus est, *rem iudicatam trans-* quod actor non probauerit, non transire in rem iudicatam. *ant, si pron-* *BRUNNEMAN de proc. civil. c. 27. n. 72. MARTINI ad proc. ant, si pron-* *Saxon. tit. 34. n. 326. MEVIUS p. III. decis. 308. n. 9. For-* *nunciatum* mant hanc conclusionem ex *l. 15. D. de except. rei iud. ubi* *fit actorem* *non probasse.* ICtus in hereditatis petitione instituta distinguendum esse iudicat, utrum rei esse hereditatem pronunciatum sit, an contra. Priori casu denuo agenti obstat exceptio rei iudicatæ, non vero posteriori, quia ita nihil de iure actoris pronunciatum est. Verum si textus recte ponderatur, posterius membrum ad conclusionem ab initio positam quadrare minime videtur. Præsupponit ICtus, ita tantum esse pronunciatum: *hereditatem rei non esse*, quod patet ex verbis *vltimis cit. l. si vero meam non esse*, quo ipso de iure actoris primario non erat iudicatum, aut si actor non probat, quod probandum est, & ideo reus absolvitur, utique de iure actoris per indirectum pronunciatum, quia non apparere & non esse in iure pro paribus habentur. *l. 30. D. de testam. titel.* Equidem quidam distinguunt, utrum probationi terminus probatorius præfixus sit nec ne? priori casu sententiam talem in rem iudicatam transire autumat *BRUNNEMAN. l. in f.* quod indubium est; non vero posteriori. Ast idem quoque dicendum arbitror in hoc casu, cum alioquin nullus finis litium foret, propter quam causam tamen auctoritas rei iudicatæ introducta est. Quin quod sub specie nouo-

nouorum instrumentorum postea reperorum res iudicata rescindi non possit per *l. 4. C. de re iudic. l. 27. D. de except. rei iudic.* quod tamen admittendum esset, si ideo reus absolutus esset, quod actor non probasset, cum per instrumenta nouiter reperta intentionem suam iam probare posset. Vnde concludo, sententiam talem, qua pronuntiatum est, actorem non probasse, indistinete transire in rem iudicatam.

§. XXXVI. Superfunt causæ ecclesiasticae & criminales, quæ in rem iudicatam vel ideo haud transeunt, quod priuatam utilitatem singulorum haud concernant. Proinde *a) causæ beneficiales*, quæ beneficia ecclesiastica aliaque ad ecclesiam spectantia iura concernunt, semper retrahari possunt, nec sententia in iis lata in rem iudicatam transit. Equidem contrarium colligendum esse videtur ex *c. 32. in f. de elect.* in quo textu casus occurrit de *causa beneficiali*, & tamen additur, *sententiam in rem iudicatam transisse, cum infra decendum non fuerit legitima prouocatione suspensa.* Verum cum *causæ beneficiales* publicis æquiparentur, & æque fauorabiles sint ac matrimoniales, distinguendum esse videtur, vtrum sit quæstio de *iure privati*, qui succubait, an vero de *iure ecclesie*. Quoad illum transit in rem iudicatam, quippe qui iuri suo renunciare potuit, dum non appellauit FELINVS in *c. lator de re iudic. n. 14.* GANZALEZ TELLEZ *ad c. 32. in f. de elect. n. 5.* WIESTNER *instit. iur. can. tit. de sent. & re iudic. n. 80.* Sed quoad ecclesiam in rem iudicatam haud transit.

§. XXXVII. Similiter *causæ matrimoniales*, siue contra siue pro matrimonio actum sit, in rem iudicatam ex sententia iuris canonici non transeunt *c. 7. c. 10. X. de sentent. & re iudic. c. 5. & 6. de frigid. & malef.* Quod si enim pro matrimonio sententia lata est, quod tamen incestum in se continere ex post facto deprehenditur, sententia & res iudicata faceret, vt coniuges in perpetuo uiuerent peccato, *c. 1. X. de*

Causæ benefici-  
ciales non  
transeunt in  
rem iudica-  
tam.

Sententia  
contra matri-  
monium lata  
in rem iudi-  
catam non  
transit.

*de sent. & re iudic.* Interim sola confessio de consanguinitate non sufficit, sed legitima probatio eius desideratur *c. n. X. eod.* Breuiter, quando ex post facto apparet, rem iudicatam delictum publicum nutrire, v. c. polygamiam, incestum, retractari potest *GAIL. I. obs. n. 2. 3.* Extra hunc casum vtique transit in rem iudicatam, si contra eam nullum impedimentum canonicum allegari potest, cum si pro validitate sponsaliorum pronunciatum, tum etiam si de ipso vinculo matrimonii iam antea contracti sententia lata est. *BEVST tr. de matrimon. c. 39. GAIL cit. l. n. 5. WIESTNER cit. l. n. 71.* Hoc posito etiam post lapsum decendii novæ probationes admittuntur, quæ alias admitti haud possent *GAIL. cit. l. n. 6.* quæ tamen debent esse grauis, firmæ, cum pro tenore sententiæ merito præsumendum, adeoque executio eius plane eo ipso haud impediatur.

§. XXXVIII. Ex eodem fundamento inferunt, sententiam *contra matrimonium* latam haud transire in rem iudicatam, quippe quod vinculum indissolubile ex conceptu sacramenti inducit de iure canonico, quod dissolui nullo modo ab hominibus potest. Inde fluxit decisio curiosa in *c. 6. X. de frigid. & malef.* in quo species huiusmodi occurrit. Contractum erat matrimonium inter Titiam & Lucium; & cum per multos annos ab eo Titia cognosci haud potuit, petiit sententiam diuortii. Decreta est inspectio ventris a iudice ecclesiastico; inspicientes mulieres, facta inspectione, asseruere, eam in idoneam esse ad amplexus coniugales; inde matrimonium dissolutum est. Contigit vero ex post facto, Titiam cum alio contrahere matrimonium, ex quo mox grauida facta est, itaque apparuit, illam non fuisse inhabilem ad matrimonium. Respondit pontifex, prius matrimonium redintegrandum esse inter Lucium & Titiam, cum sententia contra matrimonium lata in rem iudicatam non trans-

*Nec contra matrimonium lata in rem iudicatam transire.*

eat. Mira sane est hæc decisio, & vnice ex falsa hypothefi de sacramento matrimonii fluxit. Reuera enim ita plura inde incommoda fluunt. Quid enim si Lucius interim etiam aliam duxisset? Sane ex hac decisione matrimonium fecundum Lucii esset dissoluendum, & pariter Titia quoque a posteriori marito separanda, & denique omnia in priorem statum reducenda, quæ omnia tamen in manifestam aliorum iniuriam tendunt. Admitterem, re adhuc integra, coniuges per errorem separatos cogi posse, vt comperto errore, cohabitarent; ast, re ita non amplius integra, contrarium statuendum esse assererem, cum sententia contraria cum summa aliorum iniuria coniuncta sit, nec quod per sententiam iudicis, inspicientiumque iudicium & sic publica auctoritate approbatum est, temere rescindendum in præiudicium aliorum. Est quidem matrimonium indissolubile, hoc sensu, vt temere & sine iusta & prægnante causa dissolui nequeat, quæ tamen in casu adducto non debuit, vbi contra matrimonium iudicatum est. Quæ cum ita sint, apparet, hanc quoque conclusionem fluxisse ex reprobato principio de sacramento matrimonii, vnde pontificii indissolubilitatem matrimonii deducunt, & ita non temere inter protestantes in consequentiam trahenda.

*Bene tamen  
contra spon-  
salia.*

§. XXXIX. Proinde quoque trahi nequit ad sponsalia siue sint de præseni siue de futuro: Vt enim pontificii idem de sponsalibus de præseni asserant, quod de ipso statutum est coniugio, protestantes tamen talia sponsalia haud habent, quin potius eorum sponsalia de præseni non alia sunt, quam quæ pontificii de futuro dicunt, quæ dissolui possunt, c. 2. X. de sponsal. prout plenius DN. PRAESES dist. de incommoda applicat. distinet. inter sponsalia de præf. & de fut. in foris protestant. ostendit.

§. XL.

§. XL. Denique sententiæ latæ in criminalibus etiam in rem iudicatam non transeunt, & quidem distinguendum est inter *absolutoriam* & *definitivam*. Illa in favorem inquisiti transit in rem iudicatam, ut tamen ob nova emergentia iudicia inquisitio repeti queat *l. 6. C. de accus.* *Nec lata in criminalibus in rem iudicatam transeunt.*  
 GRANZIVS *de defens. reor. c. VI. m. 2. sect. 2. art. 12.* Hæc vero in rem iudicatam non transit, hoc effectum ut inquisitus ad novam adhuc admitti possit defensionem, adeo ut si vel maxime reus postea confessionem retractet, adhuc audiendus sit. *art. 91. C. C. G. GRANZIVS cit. l. n. 214. 2)* ut si vel maxime condemnatus & pœnæ iam subiectus fuerit, quæ tamen restitutionem admittit, audiendus sit, si innocentiam suam demonstrare velit, qua demonstrata, ex capite *innocentiæ* plene restituendus est. *Vid. t. t. D. de restitut. & sentent. pass.*

FINIS.



CLARISSIMO

DN. CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

**A**D praxin properas, Clarissime  
Candidate, magistram iuris  
solidam, quæque demum usum eo-  
rum, quæ in Academiis tradita  
sunt, docet inculcatque. Mente  
enim tecum optime reputasti, non  
nudæ SPECVLATIONIS  
gratia, quod Leguleiorum est, iura  
addiscenda esse, sed vnice propter  
applicationem ad negotia in societate  
ciuili obuenientia, ex qua demum  
solida iurisprudencia perficitur,  
quæque Ictum constituit, & a Legu-  
leio distinguit. Prudenter vero &  
bene


bene tum in hactum in Salana Aca-  
demia rem tuam egisti, teque illis  
disciplinis dedisti, quæ Te ad futu-  
ram praxin præparare & instituere  
potuere. Nosti utique, eos, qui su-  
perficiariam iuri operam dant, &  
admodum ieiuni & non satis præpa-  
rati ad praxin prouolant, multum  
nocere rebus iudiciariis, & rabula-  
rum numerum implere, a quorum  
moribus semper abhorruisti. Proinde  
persuasissimum habeo, Te tum ob in-  
tegritatem morum, quibus aliis pal-  
mam dubiam facis, tum ob doctrinæ  
elegantiam, qua omnibus commen-  
datus es, dignissimum esse, cui ho-  
nores Academici conferantur, quos  
Academia Fridericiana eo promptius  
Tibi confert, quo laudabilius cur-  
sum studiorum Tuorum transegisti.  
Gratulor Tibi ex animo de exantla-  
tis,

tis, felicibus auspiciis, laboribus,  
simulque in votis habeo, ut præmia,  
quæ iam Tibi conferenda sunt, Tibi  
ansam suppeditent, oppressis per  
tramitem iustitiæ succurrendi, in-  
iusta declinandi, & ita Deo, patriæ  
& proximo, qui Tuo auxilio indiget,  
promptissime inseruiendi. Dab. e. mus.  
d. 6. Nov. 1713.









Halle, Dno. 1713 A-L

ULB Halle

001 539 85X



3

56







1713 56  
8

DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS  
DE  
**SENTENTIIS**  
IN  
**REM IVDICATAM**  
NON  
**TRANSEVNTIBVS**

QVAM  
DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO*  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO WILHELMO**  
PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE BRANDENBVRO. RELIQUA,  
IN REGIA FRIDERICIANA  
*PRAESIDE*

**DN. IVSTO HENNING. BÖHNERO**  
D. ET PROFESS. IVRIS ORDINARIO  
PRO SVMMIS IN VTROVQVE IVRE HONORIBVS ET PRIVI-  
LEGIIS DOCTORALIBVS RITE CAPESSENDIS

AD D. X. NOV. MDCCXIII.  
*IN AVDITORIO MAIORI*  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
ERVditorVM EXAMINI SVBICIT  
**GEORGIVS WILHELMVS SCHRÖDER**  
BIELEFELDA WESTPHALVS.

*HALAE MAGDEBVRGICAE*  
Typis IOANNIS GRVNERTI, Academ. & Senat. Typogr.